



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

12 Adhaerens ecclesiae, vel ejus porticibus, gaudet privilegio immunitatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

causas, ubi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur, in ecclesiis, vel cœmeteriis agitare non possunt, sub excommunicationis pœna, quia absurdum est, & crudele ibi iudicium sanguinis exercere, ubi est tutela refugii constituta, *cap. cum ecclesia, de immunit. eccles.*

Propter reverentiam loci in ecclesia 14  
causæ seculares tractari non possunt, *c. 1. eod. tit. in 6. gloss. in d. cap. cum ecclesia, & d. cap. decet, vers. cessent in ecclesiis, eod. tit. in 6.*

10 † Unde processus iudicum secularium, ac specialiter prolatae sententiæ in ecclesiis, & cœmeteriis sunt ipso iure nullæ, *d. cap. decet, §. ordinariis, vers. & nihilominus, & Abb. in d. cap. cum ecclesia, num. 2. & num. 8.*

Qui verò timorem Dei, vel reverentiam sanctarum ecclesiarum non habet, & fugientem servum proprium, vel, quem ipse 11  
persecutus fuerit, † de atrio ecclesiæ, vel de porticibus ecclesiæ, aut illis quolibet modo adhærentem per vim abstraxerit, publica pœnitentia iudicio Episcopi est mulctandus, *cap. si quis consumax, 16. quest. 4. & parietibus ecclesiarum, & aliorum locorum immunitum adherentes, † eodem privilegio gaudent, ut ibi gloss. in ver. adherentibus, & ecclesiæ immunitatem violantes, per vim aliquem de ecclesia rapientes, excommunicari, & condemnari pecunialiter, ac ipsis publice pœnitentia imponi debet, † nec communioni sunt restituendi, nisi restituto eo, quem de ecclesia violenter extraxerunt, cap. miror, & cap. frater, d. quest. 4. Abb. in cap. inter alia, num. 26. & in cap. ecclési, num. 11. de immunit. Eccles.*

Reos criminis ad ecclesiam confugient. 15

tes nemo abstrahere; neque inde dantur dare debet ad pœnam, vel ad mortem, ut honor ecclesiarum conservetur, sed ecclesiarum rectores pacem eorum, & vitam ac membra studere debent obtinere, & legitimè componere, quod rei iniique fecerunt, *cap. reum, ead. quest. 4.*

Quæritur, † an palatium Episcopi eadem gaudeat immunitate, & post Innoc. in cap. inter. versiculo item idem, de immunit. Eccles. tenet Abb. quòd sic, etiã quòd palatium Episcopi sit extra 40. passus, in d. cap. Ecclesia, num. 9. vers. tu verò vide, eod. tit. per gloss. 1. in cap. id constituimus, 17. quest. 4. & est communis opinio, de qua testatur Covarr. d. cap. 20. num. 5. vers. quinto insertur, lib. 2. var. resolut. quem, & alios plures citat. Borrel. cent. 1. Conf. 2. num. 23. verum quia Pius Papa V. & Sixtus etiã V. sancto zelo ducti, diversas facultates, & indulta extrahendi etiã in casibus quibusdam à jure non permissis, ab Ecclesiis criminosos, & delinquentes quam pluribus sæcularibus Principibus, eorumque curiis, & magistratibus sub variis modis, & formis concesserant, experientia postmodum docuit, magistratus illa diversimoda etiã latius, quam par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuisse, illisque abuti cœpisse, & ideo subortum fuisse non mediocriter in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium locorum, & personarum divino cultui dicatarum contemptum, & divinæ majestatis offensam, ac scandalum plurimorum. Quapropter Gregorius Papa XIV. ut prædictis abutibus, & scandalis obviaret, sua perpetua 15  
valitura constitutione, † omnia, & quæcunque